

**2758** Frascati in villa Taverna; repertam una cum n. 2748 facit Grandi.

Q · VITELLIVS · Q · LIB · AGATHOPVS  
FECIT · SIBI · ET  
VITELLIAE · Q · LIB · BLASTE · ET  
Q · VITELLIO · AGATHOPODIS · LIB  
5 EVARISTVS sic

Descripsit Rosa et dux Caetani. Grandi ms.; Wells *Frasc.* p. 233; Lanciani *bull. municipale* 1884 p. 180.

**2759** rep. anno 1852 tra Ciampino e Frascati CAET. Romae in aedibus Caetani MOMMS.

C · VOLVMNI · C · L  
SALVI · VOLVUM  
POEN · V · A · N · I · A  
DE · SV · O · FECIT

Descripsit M. A. Caetani et Mommsen.

3 NIA litterae coniungendae sunt cum v. 2; cognomen Volumniae incertum est. — 3. 4 hiatus lapidis videtur antiquior quam inscriptio.

**2759a** rep. una cum n. 2686.

· AVG · L  
SIBI · ET  
NDAE  
BENE  
ET 5  
HIONI · F  
SVIS

Descripsit Bormann. Grandi ms.

5. 6 litteras inclinatas non vidit Bormann.

**2760** rep. anno 1807 a Luciano Bonaparte in villa Rufinella ANON.; inter Tusculanas BIONDI.

D · M  
· PHINVS · C · M  
EPV · E · COSE  
· · M

Guattani *Diario di Roma* 6 Apr. 1808 idemque, ut videtur, *Memorie enciclopediche romane sulle belle arti, antichità cet.* III p. 133; Biondi ms. f. 37 (inde Canina p. 175).

Dedi exemplum Guattanii (*mem.*); Biondi sic: D · M | RVP · PHINVS · C · N · F | EPV · L · FE · COSE | B · M, Guattanii supplementis in textum receptis.

**2761** Tusculi.

R I  
CCEN  
T DELA  
PEROS

Biondi ms. f. 36 (inde male Canina p. 175); Amati ms. Vat. 9752 f. 2 desripsit mense Dec. 1825.

1 om., 3 fin. / om. Biondi. — 2 L · F · CEN Canina.

**2762** fragmentum lapidis Tusculani [sic Biondi f. 213; Tiburtini, id. f. 36] litteris magnis repertum in fossionibus Tusculanis.

LINEIVS  
VG

Biondi ms. f. 36 et f. 213 (inde Canina p. 142), memorat praeterea f. 91 (in relatione data d. 9 Oct. 1825); Amati ms. Vat. 9738 f. 2, 9751 f. 30; Mommsen descripsit.

1 LINEIVS Momms., LINEIV Biond. Amat. — 2 GV Biond. — 1 [Ve]lineius supplet Biondi, referens ad eundem cuius est n. 2754.

**2763** fragmentum lapidis Tiburtini litteris bonis altis digitos 8, Tusculi prope theatrum BIONDI.

VINI  
VA CONI G

Biondi ms. f. 29 (inde Canina p. 175); Amati ms. Vat.

1 ...IN..., 2 ...IA COMI Biondi.

**2764** Frascati in hortis Pentini.

E S  
san CTISSIMAE  
X  
pa RENTES

Wells *Frascati* p. 76.

**2764a** Tusculi nella soglia della porteria del convento de' Capuccini.

SI  
NA

Lanciani *bull. municipale* 1884 p. 204.

**2765** tabula marmorea litteris, ut mihi videbatur, saeculi fortasse quarti, ut Rossio (*bull. crist.* 1872 p. 143), quinti vel sexti. Frascati nel casamento della vigna che una volta fu de' Signori Vespignani, ed oggi è de' PP. di S. Maria in Campitelli in Roma MATT. Extat muro immissa in aedibus Campitelli prope Frascati.

I T MANIBVS TVMVLV DVLCISSIM  
ETIOSA TVOS BVSTA TEGVNT CIN  
D SI SACRATVS LACRIMIS ROGVS HAV  
QVAM FAMA TAMEN CVM TITVLIS MO  
5 III IAM MORITV

Descripsimus Henzen Mommsen ego. Magis integram edidit Mattei p. 92, ex quo repetivit Vulpi 8 p. 134 (inde Mur. 1770, 4); ex his Burmann anth. Lat. lib. IV n. 242; de Rossi inscr. christ. I p. 484. Ea quae hodie extant Wells *Frascati* p. 82.

3 LACRIMI...HAVSIT (om. vocabulo ROGVS) duabus lineis, Matt.

Supplevit Rossius *bull. crist.* 1872 p. 142 sic:

[pater? ipse suis  
composu]it manibus tumuli, dulcissim[e] nate?,  
quae pr[et]iosa tuos busta tegunt cineres.  
Quod si sacratus lacrimis rogu[s] h[ab]uit et ossa,  
[nun]quam fama tamen cum titulis moritur.  
Pro christiano haberi posse contendit Rossius *bull.* I. c. (aliter senserat inscr. Christ. I. c.).

**2766** in parte aversa lapidis in quo est n. 2765 MATT.; quod vide ne fictum sit a Matteio. Hodie certe ea pars latet muro immissa.

QVI VIXIT ANN · LXVII DEP · D KAL  
VILISARI VC

a. 536 vel  
537 vel 538  
ineunte

Servavit Mattei p. 92. Inde Vulpi 8 p. 134; Mur. 423, 3; de Rossi inscr. Christ. I n. 1061.

Supra fractam esse non traditur. — De anno cf. de Rossi I. c. ad n. 1060.

Haec nullo modo est falsa, sed facile a Tusculo aliena.

## XVI. LABICI (prope Monte Compatri).

Labici<sup>1)</sup> — sic, vel Lavici<sup>2)</sup>, Latinis, item Diodoro 13, 6, 7, τὸ Λαβικόν Dionysio et Straboni<sup>3)</sup>, praeterea Silio 12, 534 — ubi fuerint,

1) Prima syllaba corripitur a Vergilio 7, 796 et qui eum exscripsit Silio 8, 368, producitur a Martiali 1, 89, 2; secunda constanter producitur.

2) Lab — tuentur tituli curatorum viae Labicanae huius corp. vol. VI n. 332 et vol. X n. 5393, quorum hic optima est aetatis (scriptus sub Tiberio), item Graecus ex Asia minore Ephem. epigr. 4 p. 223; Lav — habet titulus prope ipsos Labicos repertus infra n. 2770, praeterea titulus curatoris viae Labicanae Corp. III, 6154. — Ad scriptores quod attinet, codices decadis primae Livianae constanter praebent Lav-, sed Vergilii ut videtur omnes Lab-, itemque Graeci.

3) Λαβικόν (vel Λαβικός) πόλις, quam Diodorus 14, 102, 4 scribit expugnatam

diu ignorabatur. Nam cum Strabo enarrans viam Labicanam ita verba faciat (5 p. 237): πρόεισιν (via Labicana) ἐπὶ πλείους τῶν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι σταδίων, καὶ πλησιάζουσα τῇ Λαβικῇ παλαιῇ κτίσματι κατεσπασμένῃ, κειμένῃ δ' ἐφ' ὕψους, τοῦτο μὲν καὶ τὸ Τούσκλον ἐν δεξιῶις ἀπολείπει, unde fuisse Labicos intellegitur loco edito a dextra viae Labicanae stadiis aliquanto plus centum viginti sive milibus passuum XV a Roma, Blondus Foroliviensis (Ital. illustr. ed. Bas. 1559 p. 324. 326), referens ut puto — nisi alius error subest — ad Labicos

esse a Romanis a. u. c. 362, num sit Λαβικόν a librariis corruptum, non constat.